

Augustin Balthasar von

**Programma Qvo Augustinus De Balthasar J. U. D. et Prof. Ordin. Fac. Jurid.
Senior ... Ad ... Domini Georgii Christophori Mayeri J. U. Candidati Disputationem
Inauguralem de Remissione Mercedis in Locatione Prædiorum Rusticorum ob
ingens damnum ex Lue Pecorum Conductori contingens. D. XV. Julii MDCCCLI. B.
C. D. Habendam ... Invitat : Simulqve In Recensendis Vitis JCtorum
Gryphiswaldensium Pergit**

[Greifswald]: Imprimebat Hieronymus Iohannes Struck, [1751?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877346860>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rostdok/ppn877346860/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn877346860/phys_0001)

DFG

N.N. — 2 (137.)

1. Haugwitz der jährliche Sammeln, der unter den Noven collectarum historical et juris patrii religian Religione Gesetz. grifft
2. annus z. regnale das Koenigreich zu Graecie Prost, unter den Noven collectarum historical et juris patrii. Graeciarum
3. anno z. regnale das Graecia von Peter, nun Balthasar.
4. in Mittel z. regnale des Balthas. in den Alabamia, so min rey den in den Farben des Palau entzogen. nun Balthasar.
5. Batz nig z. regnale Olympe und andere wilde Wanderer zu Graecia der Alabamia geklaft.
6. Balthasar de legato.
7. Balthasar, de eo, quod justum est circa mysticas
8. Balthasar, program ad Hafelberg disputat; de contractibus et act. honor. fidei et Act. juris.
9. Balthasar pragn. ad Starmann disput. de praerogativa iuris generali praे iure romano, in materia pectorum dotalium.
10. Balthasar pragn. ad Fischer diff. de peccati assurance in contractu locatiois cond. soluta, eisque in Concurso Crediti iure.
11. Balthasar pragn. ad Itzen diff. de usucacta paterno in Lendis familiorum Familias.
12. Balthasar pragn. ad Quade. diff. de male genuina Simultanei. In Germ. investitare can Longobardice collatae.
13. Balthasar pragn. ad Hess diff. de iure principis circa baptisnum.
14. Balthasar pragn. ad Balthasar diff. De iure peregrinorum singuliari in processum.
15. Balthasar pragn. ad ab Goen diff. de vi matrimonii consummati.
16. Balthasar praeogr. ad Schmer diff. de libris s. matriculis certificis etc.

17. Balthasar, progr. ad diss. Heybergii, de jure usus in causa
iuris creditorum f. libens. in eadem classe integre adjudicandis.
18. Balthasar progr. ad diss. de Paltinii, de favore depositi.
19. Balthasar progr. ad diss. Steyeri, de remissione in mercantil
in locutione praediorum rusticorum ab ingens daunum et
lue pecuniam conductori contingens.
20. Balthasar progr. ad diss. Schuffelii Schuffelii, de favori
ab intell. et jas. libens.
21. Balthasar, progr. ad diss. Balthasari, de origine liborum
in genere, praecipue oblatorum in pomerania solumque in
dale.
22. Balthasar, de poena adulterii.
23. Wettphel et Balthasar de Serenissimorum docum pomeranias
meritis in rem literariam.
24. Balthasar de intellectu facultatibus ad voluntatem Seifpi-
ritus sancti ductu componendis.
25. Balthasar de voluntate ad Angelorum Sanctitatem.
26. Balthasar, de iustificatione non physica sed forensi ad
estum correctionis Christi pie celebrandum.
27. Balthasar de extirpatione spirituali.
28. Balthasar de dies gentium tutelaribus et antiquitate quae-
dam.
29. Balthasar an, et quatenus illud restaurare humanae
salutis medium ratione inestigari posuit?
30. Balthasar, de locis religiosis.
31. Balthasar, de lingue usk et abuse marali.
32. Balthasar, progr. ad estum archangelis incoronati
Michaelis.

19.

PROGRAMMA
QVO
AUGUSTINUS DE BALTHASAR
J. U. D. ET PROF. ORDIN. FAC. JURID. SENIOR ET H. T. DECANUS
REGII CONSISTORII ET R. SOCIET. TEUT. GRYPH. DIRECTOR
AD
PRÆNOBILISSIMI ATQVE DOCTISSIMI
DOMINI
GEORGII CHRISTOPHORI
M A Y E R I

J. U. CANDIDATI
DISPUTATIONEM INAUGURALEM
*de Remissione Mercedis in Locatione Prae-
diorum Rusticorum ob ingens damnum ex Lue
Pecorum Conductorri contingens.*

D. XV. JULII MDCLLI.
B. C. D. HABENDAM
MAGNIFICUM DN. RECTOREM
GENEROS. REGII DICASTERII DN. DIRECTOREM
ET UTRIUSQUE ILLUSTRIS COLLEGII,

NEC NON
AMPLISSIMI COLLEGII SENATUS PROCERES
ET VENER. MINISTERII ANTISTITES
ILLUSTREM, GENEROSAMQVE CIVIUM ACADEMICORUM
COHORTEM

EA, QVA DECET HUMANITATE, INVITAT

SIMULQVE
IN RECENSENDIS
VITIS FCTORUM GRYPHISWALDENSIUM
PERGIT.

IMPRIMEBAT HIERONYMUS JOHANNES STRUCK.

PROGRAMMA

60

AUGUSTINUS DE BALTHASAR

AD ALEXANDRUM ORBANI TULI LUDVICO SIBOLO ET ALIO DILECTORI

ACADEMIAE MAGDEBVRGENSIS ET LONDINIENSIS TUTT, ERITI MATERIAE

AD

PREINCIPISSIMI ALOISE DOCENTISSIMI

DOMINI

GEORGII CHRISTOPHORI

MAYRI

1580

LIBRARIÆ UNIVERSITATIS MAGDEBURGENSIS

BY ROBERTUS MELCHIORIS FESTIVITATIS PEG

PHYSICIENS LIBRARII MAGDEBVRGENSIS ET LVS

HABITATUR GOMBERGUS STYMBLUS.

1580

KOD. HABITATUR

MAGNIFICORVM DISCIPULORVM

GETESES RATIONE VIRTUTIBVS IN INGENIO CORTICER

ET STYLISQUE IN LITERIS CORTICER

AMPLISSIMI COHESERIS DISCIPULIS PROCVRES

ET VENIRE MINIMA ANTRITITER

LITERIS CENSEGRVM VITAE ACADEMICORVM

IN QVOD DECET IN VITAM



Cum, Vir Prænobilissimus atque Doctissimus Dn. GEORGIUS CHRISTOPHORUS MAYER, postquam in Academia patria aliisque exteris per varias disciplinas animum circumtulerat, ad patrios Lares redierit, per aliquot annorum intervallum, connivente Facultate nostra, prælectionibus privatis, tam philosophicis, quam juridicis, Studio-
rum animos, non sine Auditorum suorum applausu, erudiverit, ut suo jure hanc facultatem sibi propriam ficeret, ante biennium fere consilium cepit, nomen suum Facultati profitingo summos in jure honores, qui eandem facultatem secum ferunt, ambiendi; quibus adipiscendis, cum exantlato laudabiliter examine rigoroso, dignus judicatus fuerit: nunc, ut ceptum ante aliquot tempus consilium effectui daret, Statutis Facultatis nostræ ita exigentibus, publicum eruditioñis suæ specimen, quod ab utilitate & præsenti usu se se commendat, eruditorum judicio & examini proposuit; cui, ut eo majorem favorem & frequentiori præsentiam eruditorum conciliem, solenni Programmate, pro more recepto, curriculum vitæ Dni mei Candidati succinete exponam & cujusvis boni judicio subjiciam.

Priusquam vero manum huic rei admoveam, vestigiis prioribus insistens, quasdam VITAS ICTORUM AC PROFESSORUM, in Academia nostra olim florentium, præmittere & cum publico communicare operæ pretium esse duxi; Sequitur autem in ordine

XIX. JOACHIMUS SCHINCKEL (*)

Nobilis Rugianus, J. U. D. & Prof. nec non Consil. Principis.

a 2

In

(*) Singulari eminentiā gradu eminuit circa annum 1513. ENWALDUS SCHINCKEL, Gryphiswald, & Nob. Pom. S. S. Theol. Doctor & Abbas Hildensis, de quo Annu. Acad. sub Rectoratu hujus anni L. II. p. 120. sequentia referunt: *Venerabilis in Christo Pater & Dominus, Dn. Enwaldus, miseratione divina Abbas in Hilda, cui Universitas, propter beneficia per Antecessores eidem praestita, institulatur am remisit, i. e. er ist umsonst inscribiret worden.* Quemque Universitas eod. a. die St. Lucæ, Evangel. concorditer pro Universitatis incremento, ut verba sonant, in Rectorem elegit, v. Annu. c. I. p. 121. ubi Ordinis Cisterciensis Abbas & Universitatis Subconservator salutatur; Rectoratus munus autem per præcedentem Rectorem Lic. Wicmannum conti-

In *Annal. acad. L. II. fol. 281.* notatum deprehendimus JOACHIMUM SCHINCKELIUM, nobilem, qui a. 1681. sexto Julii in Notarium Academiae receptus fuit. Hunc nostrum fuisse, exinde parum videtur vero simile, quia hic a. 1585. Wittebergæ commoratus ibique disp. de *jure dotium* ventilavit. Hoc certum, testantibus *Annal. c. l. f. 297. b.* nostrum a. 1586. Rectore BALTHASARE RHAU in locum ALBERTI WACKENITZII, in aulam avocati, de voluntate & consensu Principis in numerum Professorum, praefito juramento usitato, receptum esse, qui & mox sequenti Rectoratu in numerum Professorum juris ibidem ultimo loco num. 5. annotatus deprehenditur. Ast, ex aliis actis academicis ejus ætatis apparet, eundem saltē in Professorem juris extraordinarium cooptatum fuisse, & Academiam ipsi locarium annum sex florenorum suppeditasse.

Præterea in Libris Annal. Acad. ne nomen quidem ejus occurrit, ita, ut nec sub Rectoratu DAN. RUNGII a. 1596. ubi nomina Professorum ordine disignata sunt, exstet. In actis tamen acad. de 1601. occasione litis, quæ ipsi cum Academia de ædibus, quæ juniori Jcto usui inservire solent, prope Templum St. Nicolai versus occasum sitæ, intercessit, (*) apparet: eundem quidem ob negotia Principis, cui a consiliis fuit, frequenter ab hinc

ab

MUZO
COO
SCHINCKELIUM
nuatum fuit. v. *Annal. l.* Hodienum familia SCHINCKELIORUM in Civitate Sundensi floret. b. MIGH. GERSCHOV. in *Catalogo Pætronorum, Fundatorum, Rectorum & Professor. Acad. Gryph.* num. 180. mentionem facit *Jobannis Schinckelii*; Verum, præter nomen nil quidquam de eo refert; nec quoque ego in *Annal. Acad.* inveni quemquam Schinckelium hujus Prænominis; Ideo colligo, eundem indigitasse nostrum JOACHIMUM, cuius quoque parce admodum in *Annal. Acad.* fit mentio.

(*) Primum hæ ædes a. 1600. converso ex Judaismo, qui cauponam exercebat, & deinde a. 1661 compactori librorum inhabitandi causa cedebantur, donec tandem eodem adhuc anno viduæ VALENT. BO-NOVEM, natæ de SCHWERIN, quæ 300 florenos in usum Academie & ad sumptus reparationis offerebat, ad dies viræ fuerunt concessæ. Quibus vero litibus hanc ob causam SCHINCKELIUS, qui dispositionem harum ædium sibi vindicabat, cum Academia implicitus fuerit, recensui in der Hist. Nachricht von den akademischen Gebäuden und Häusern, bey Gelegenheit des im Jahr 1750 den 21 April eingeweyeten Collegii academicci im Druck gegeben, pag. 49. note. 45.

abfuisse, interim tamen dispositionem super ædes hæc sibi adhuc eo tempore arrogasse; unde collendum, eundem tunc temporis adhuc officium Professoris sustinuisse. Quorū autem ab hinc se contulerit, & diem suum obierit supremum, me plane fallit.

Jo. HEUNIUS in *Prosopographia metrika Profess. Acad. Gryph.* sequentia in memoriam meritorum suorum consignavit.

Et schola nostra tibi ac pariter Ducas aula placebat,

Inde doces leges consiliisque juvas.

Præter allegatam Disp. ejus, quæ Titulum gerit: *Axiomata de Jure dotum, ad disputandum proposita a JOACHIMO SCHINCKEL, Pomerano, Witteberg 1584.* & unius saltem plagellæ est, nulla alia ejus scripta inveni.

XX. JOHANNES OESTENIUS f. von der Osten,

Nob. Pom. F. U. D. & Prof. & Consil. Principis.

Natus fuit a. 1556. in perantiquo Pomeraniæ oppido Demmino, Patre MELCHIOR, Consule ibidem & Matre ANNA EGBRECHTS, Patria Deminensi, Avo JOHANNE, itidem Consule ibidem & Avia ANNA NEZOVIA, e domo Cagenow. v. M. Gerschow. c. l. n. n. 123.

Postquam pietatis & primarum artium initia percepisset, studiorum gratia missus est ad Academiam Gryphiswaldensem, & diligentiam, modestiam ac timorem Dei, in ipso ea ætate lumentem, mirifice probavit omnibus, & Philosophiæ ac juris initia fideliter didicit. Erat ingenio acri & expedito, amans laboris, moribus compositis & placidis, ita, ut omnium favorem sibi conciliaret. Ut in doctrina juris majores progressus faceret, ad Academiam Julianam Helmstedensem, & inde Wittebergam se contulit, ubi annos aliquot, non tantum discendo, sed etiam alios docendo, tantum profecit, ut omnium ejus Facultatis eruditorum testimonio non modo summis Philosophiæ honoribus, sed etiam publico docendi loco in celeberrima ista Universitate dignus haberetur, nisi amore Patriæ eidem potius, quam alienis operam navandam censuisset.

Vocatus enim a Duce ERNESTO LUDOVICO ad Scholam

Gryphiswaldensem & Professionem Philosophiae publicam, ibique a. 1586. præstito usitato juramento, in numerum Professorum ordinariorum receptus est; referentibus *Annal. Acad. L. II. p. 297.* (*)

Ao. 1586. die 10. Sept. Decano PETRO FROBESIO, gradus Doctoris in jure Civili in Templo D. Nicolai ipsi collatus, solennitate nuptiali conjuncta, v. *Annal. acad. L. II. p. 304. b.* ipsi sacro ritu matrimoniali juncta fuit GERTRUD, EZECHIAE REICHII, Professoris Medicinæ suo tempore celeberrimi & Magdalena SCHWARTEN filia & GEORGII REICHII J. U. D. & Consiliarii Cæsarii soror. Mag. Georgii Reichii & Gertrudis Beck neptis. vid MICH. GERSCHOV. c. l.

Ao. 1599. in ordinem Professorum juris transiit, JACOBO STOPPELIO, qui paulo ante Professioni suæ renunciaverat, succedens. v. *Annal. acad. L. II. p. 305.* A quo tempore etiam de redditibus Facultatis participavit. Qua ex causa vero cum Antecessore suo lite implicitus fuit, ut sub vita STOPPELI observavimus. (**) Filiam

Ao. 1591. die Dyonisi M. Octobr. designabatur Rector academiæ, sed durante Rectoratus munere sub nonas Januarii 1592. oppressus catharro, luem secuta est inflammatio hepatis, adeo, ut copiosiore sanguine e naribus & ore effluente, animam efflaverit, annum agens 36. In ejus funere quatuor Academiæ sceptræ & alia insignia tumbeæ prælata, & consolentiam suam novo & in usitato exemplo contestari Collegæ superstites jubebantur. (***)

Filiam

(*) Apparet etiam ex dedicatione, tractatui suo de *Mora* præmissa, quod sub initio anni 1586. scilicet d. 22 April, quo die eadem subscripta, sum adhuc Wittenbergæ degisse, cum tamen in literis gratulatoriis JOACH. MYNSINGERI a Frundeck, cum temporis J.Cti. Helmstadiensis d. 17. Nov. ejusdem anni subscriptis & huic Tractatui in fronte appositis, jam Professor Gryphiswaldensis salutetur.

(**) In literis vocationis ducalibus, quibus OESTENIO Professio juris demandatur, legitur: *Dag er sich eine gute Zeit her mit lesen und disputieren in materiis juridicis gehabt, auch nun fast 2 Jahr in dem Fürstlichen Hofgerichte denen relationibus mit begewohnt.*

(***) Pompa, qua duo Academiæ Rectores, D. Ezechias Reich & D. Johann Oesten faro functi in Rectoratu, ad tumulum deducti sunt, descripta in *Annal. Decanatus Philosoph. de 1591. seq. Corpus Rectoris nostri Dn. D.*

Filiam reliquis ANNAM, quæ a. 1607. nupta fuit JOHANNI GUELIO, Senatori Gryphisw. Programma funebre in honorem ejus conscripsit JACOBUS RUNGIVS, tunc temporis Rector, quod die 6 Februarii publicatum & forma patente typis impressum exstat; qui ipsum egregio hoc mactavit encomio, quod fuerit *Jureconsultus pietate, doctrina & virtute magnus, in Magistratu vigilans; in Professione sedulus & industrius; In consiliis felix, in vita & moribus vere pius.* Tumulatus est in Templo Nicolaitano & hac inscriptione a JOACHIMO STEPHANI cohonestatus:

JOHANNES OESTENIUS J. U. D. L. L. Prof. a. 1591. Rector in Univers. Gryphisw. & Illustris Principis ac Dn. Dn. ERNESTI LUDOVICI, D. Stet. Consil. et. a. 36. in Rectoratu d. 3 Febr. 1592. pie obiit. Cujus corpus, lege mortis in sequestrum huic sepulchro impositum, jure fidei in Christum resurrectionem ad vitam singulis momentis expectat. v. Annal. acad. L. II. p. 315.

JOH. HEUNIUS eit. l. sequenti eloquio manes ejus prosecutus:
Parca, tuas dotes nimium propere invidet almis
Musis, Magnificus nam cito Rector obis.

SCRIPTA

Quibus memoriam sui posteritati commendavit, sunt sequentia:

I.) *Synopsis Thesum ad materiam successionis ab intestato.* Witteb. 1583. 4.

II.) *Axiomata de jure dotium, ad disputandum preposita.* Witteb. 1584. 4.

III.) *Disp. ad Institutiones Justin.* Ex quibus ego possideo:
- ad Tit. XIII. de usucap. & longi temporis prescriptionibus. Resp. BERNHARDO a LANCKEN, Pomer. Witteb. d. 22. August. 1584.

- ad Tit. XIX. de Adempt. & traslatione Legatorum. Resp. DAN. RUNGIO. Witteb. 1585.

Disp.

Oestenii sepultum fuit in ade St. Nicolai; portabatur a Studio his octo, & famuli Academie præferabant duo sceptra, nigro syndone obvoluta, ad utrumque latas baratri ibant bini Professores, 1. D. Dan. Rungius, 2. Mag. Dav. Herlicius, 3. Mag. Paul Chingenbergius, 4. Mag. Dav. Rungius, deducentes ipsum usque ad sepulchrum. Eadem ratione quoque quondam deportatum fuit corpus Doct. EZECHIAE REICHI, Medici, morientis similiter in suo Rectoratu,

VIII

- Disp. XXI. ex Tit. I. L. III. Inst. de hereditatibus, que ab intest. deferuntur. Witteb. 1585.

- Disp. de Actionibus.

IV.) Tractatus de Mora. Witteb. 1586. Quem ut juvenis adhuc & vocatus Prof. Gryphisw. conscripsit. vid. *Eius dedicacionem, ad Principem Pomer. ERNESTUM LUDOVICUM directam, in fine.* Denuo edita cum præmissa epistola gratulatoria Dn. JOACH. MYNSINGERI a Frundeck. Witteb. 1589. 4. plag. 19. Laudatur hoc opus & inter ea exempla Candidatorum, qui jus Justinianeum accuratis & exquisitis commentariis, acutis disputationibus & æquissimis interpretationibus illustrarunt & perspicuum fecerunt, iisque æternum sibi aucupati sunt nomen, semipaterno honorem, virtutum & doctrinarum præmium & cometem sibi conciliarunt, refertur a JOH. KANNENGISERO in *Prodromo juris doctoralis. Assert. II X.* quæ a agit de *Juris Candidatis.* Helmstadt 1647. 4. edito.

V.) Disp. de Divisione juris, enunciata ex V. Ethic. Aristot. & ex Tit. I. Inst. de Just. & jure L. I. §. jus naturale, cum sq. & concordantibus. Resp. CHRISTIANO TYDEN, Grimma Pomerano. Gryphisw. 1587. 1 plag.

VI.) Disp. inauguralis de eo, quod interest. Præside PETRO FROBESIO. Gryphisw. 1588. 1 plag. 4.

Eodem adhuc anno in forma tractatus in 8. eam recudi fecit, ut annus subjectus literis dedicatoriis, ad Magistratum Demminensem directis, testatur; quamvis a 1589. Titulo sit impressus. Præmissa quoque est litera gratulatoria JOACH. MYNSINGERI, quæ ad Auctorem, occasione Libri prioris de *Mora* scripta erat. Thesis autem 46 in hac nova editione omissa est. Deinde autem sequitur integer Tractus, quo hæc materia de eo, quod interest, uberioris delineata, & continet 16 plag. Adjecta insuper oratio de jure scripto ac æquo bono &c.

VII.) Oratio de Jure scripto ac æquo bono, utrum plus valeat. in celebri Acad. Gryphiswaldiana publice die receptionis a. 1586. recitata, Typis impressa adjecta est ejus Tract. de eo, quod interest. Gryph. 1589. in 8. 4. plag.

XXI.

XXI. DANIEL RUNGIUS Gryphiswald.

J. U. D. & Prof. Ordin. Principis Consil. & deinde Cancellarius.

Natus est Gryphiswaldiae 1561. d. 7 Sept. Patre JACOBO RUNGIUS, summo illo Pomeranorum Theologo, Superintend. Gener. & Matre CATHARINA GERSCHOVIA Mag. ANTONII GERSCHOVII & AGNISÆ STEINWEHRS filia. v. MICH. GERSCHOV. c. l. n. 169. Statim a primis annis in claritate generis ac virtutum paternarum acquiescere solebat, potius eadem eruditione propriisque virtutibus augere studebat. Utriusque enim linguæ sermonibus adeo edoctus fuit, ut cum bene juvenis in Patria Academia subsidio linguarum & moralis Philosophiae sine ulla difficultate in Jurisprudentiæ adyta penetraverit, in Academiam Basiliensem se conferens, ibidem anno ætatis 26 Juris utr. D. soleniter creatus fuerit.

Anno 1588. d. 14 Nov. sub Rectoratu CHRISTIANI CALENI, Med. Doct. in locum Oestenii, qui ex Facult. Philosophica in juridicam transibat, in numerum Professorum Oratoriæ cooptatus. vid. Annal. acad. L. II. f. 306. Platonis scripta & Aristotelis præcepta ad Nicomachum Ethica, non sine admiratione audiendum græca lingua proposuit. Interim non minus curæ ac studii jurisprudentiæ impendit. Oestenio deinde mortuo ejus locum in Facultate juridica vacuum a. 1592. occupavit. v. Annal. acad. cit. l. p. 315.

In Rectorem Acad. electus a. 1595. d. 22 Oct. v. Annal. acad. cit. l. p. 324. b. GERSCHOV. cit. l. perinde cum probe sciret, omnem scientiæ juris vim non tam in contemplatione legum, quam expeditione controversiarum consistere, civilibus undis etiam se committebat & causis in foro agendis operam volvit. Fuit sane ejus domus oraculum civitatis. Nunquam ille juventuti solida interpretatione in causarum iusta decisione: nunquam iudicis aulicis, nunquam Clientibus in causarum defensione defuit. Magnus eruditione, major probatio inventus est. Thori sociam sibi elegebat ILSABE MARIAM, THOMÆ MEVII Jcti ac prof. juris in hac Acad. ordinarii & Annae Falcken filiam. v. GER. SCHOV. cit. l. n. 169. Non potuit tanti Viri industria eruditio, prudentia, angustis illis private vitæ terminis includi: Quare illus

illust. Princeps PHILIPPUS JULIUS fama ejus permotus eum in
timioribus consiliis & Archivi secretis a. 1603. adhibuit. Mox
a. 1607. Cancillis, summo Aulæ officio, præfuit. Quem supre-
mum itineris apicem inter Palatinas cæsareas dignitates per in-
tegros 17 annos, non sine laude eaque summa, obtinuit; dum sem-
per co animum intendit, ne disensionum inter Principem sub-
ditosque materies suppeteret. Exortas similitates ubi supprime-
re non potuit, ne tamen in nervum erumperent, moderatis ac
salutaribus suis consiliis efficit. Imprimis ultimis iisque
valde conclamatis temporibus, quæ ut universæ Germaniæ,
sic & Patriæ nostræ valde infesta apparebant, & ultimum fere
exitium minarentur, omnia sua consilia in Patriæ & Principis sui
utilitatem convertit; quod inde colligendum, quod fere solus
Principi fvasor fuerit, ut societatem istam, Patriæ aliquando lu-
ctuosam futuram, toto animo aversaretur viamque medianam ingre-
deretur, Imperatoriam Majestatem omni obsequio coleret, Ger-
maniæ tamen Principibus se non opponeret, nec alienam litem
suam faceret; quo salubri consilio non ratione prudentius, quam
eventu felicius, Imperatoris invictissimi amicitiam suo Principi
conciliavit & hostilem impetum ab hac Provincia dum ipse vi-
yeret felicissime avertit.

^{a. 1629.} Cum eum jam urgeret Climactericus ille magnus, qui mul-
to labore, multis curis publicis, multis itineribus, multis Aulæ
melestiis fatigatum, imo exhaustum ejus corpus tandem lecto
affixit, omnes non tantum corporis vires, sed etiam animi vigo-
rem adeo prostravit, ut prisca cum valetudine in gratiam redire
non potuerit. Quare ab Illust. Principe suam honestam missio-
nem efflagitavit, quam etiam paucis ante Ducis obitum mensi-
bus impetravit. Remisit quidem deinde non nihil morbi vehe-
mentia, Symtomatum vero malignitas, imprimis auditus gravi-
tas, permanxit. Tandem vero morte succumbens, animam Deo
reddidit anno, qui vertebatur 1629. d. 27 Jan. ætatis 67. an. 5 men-
sium & 20 dierum. Programmate funebri eum cohonestavit
FRID. GERSCHOVIVS, Juris in hac Acad. Professor, publice affi-
xum d. 10 Febr. & typis forma patente impressum exstat. Concio-
nem funebrem habuit b. BARTHOLDUS de KRACKEWITZ, Gen.
Superint. quæ una cum adjectis personalibus, seu curriculo vite,
typis

typis publicis in 4. excusa exstat. Ex programmate funebri re-
censionem vitæ ejus instituit HENR. WITTE in *Diario biogra-
phico JCtorum*, & ex eo MENCKENIUS, seu potius JÖCHERUS, in
Lexico eruditorum. HEUNIUS cit. l. sqq. elogio memoriam ejus
prosecutus:

Theologi magni sibi præclare Themistes
Mista, aulae ac nostræ luxque decusque scholæ.

Quod ita verti poterit:

Des großen Rüngens Sohn, du theurer Rechts-Gelehrter,
Dein Licht macht Hof und Schul noch heller und geehrter.
Familiam ejus recenset b. DAN. CRAMERUS in *Chron. ecclesiast.*
Pomer. L. IV. Cap. XVII. MICRAEL. in *Chron. Pom.* L. V. p.
117. & Frater charissimus in der 2ten Sammlung zur Pom. Kir-
chen-Historie gehöriger Sachen p. 637.

SCRIPTA,

quæ ipsi immortalitatem conciliarunt, prostant sequentia:

I.) *Historia Philosophiae Graecorum.*

II.) *Disp. quædam philosophicæ.*

III.) *Disp. quædam Juridicæ.* vid. M. GERSCHOW. c. I.

XXII. AUGUSTINUS RHAW. Gryphisw.

J. U. D. & Prof. nec non Consil. Principis primarius.

Hereditarius in Boranthagen.

Natus est a. 1573. patre Viro rever. BALTHASARE RHAU D.
Theol. & Prof. græcæ linguae. (*) Matre ANNA SCHURFFIA, in-
clyti JCti Witteb. AUGUSTINI SCHURFFII filia. (**) Avo vero
JACOBO, Consule Naumburgensi in Silesia in Ducatu Javerensi.

b 2

Avia

(*) Nauenburgens. e Silesia, Philos. Mag. a. 1563. cum Duce Ern. Ludovico ut
Informator Witteb. abiit. v. Annal. acad. L. II. p. 229. Unde redux
a. 1565. in Professorem Philosophiæ & a. 1564. d. 28 May. Theol. Doctor
renunciatus. v. Annal. acad. L. II. p. 288. mox in numerum Theol.
Professorum cooptatus. v. Annal. c. I. f. 290. Denat. Gryphisw. 1601.
d. 30 Dec. an. æt. 74. Cujus vitam recenset CRAMER in der Pom. Kir-
chen-Chronic. L. IV. p. 125. WITTE in *Diario biographicus*. JOCHE-
RUS in *Lex. eruditorum*.

(**) Vid. Program. funebre, in obitum ejus nomine Rectoris- & Concilii
conscriptum a. 1622. d. 5 Martii in fol. & forma pat. Qua occasione
simul prodit *Genealogia Schurffiana*, cui etiam inserta *Rhaiana* & spe-
cialitatem descendentes nostri AUGUSTINI.

Avia MARGAR. SCHEFEERT. Proavo MICHAEL RHAU, Consule itidem Naumburgensi. Ex octo filiis, ante parentes defunctos, unicus hic fuit superstes. v. M. GERSCHOW. c. l. n. 162.

Primo quidem in Gymnasio Sedinensi ad tempus commoratus; Deinde a. 1589. Rectore PETRO CLINCKENBERGIO Academiæ patriæ Civis factus est. v. Annal. acad. L. II. f. 308. Postea Wittebergæ, Ingolstadii, & Heidelbergæ juris studio solerter incubuit, ejusque praxin in summo S. R. Imperii Dicasterio, quod Spiræ Nemetum est, feliciter observavit. De Consilio quoque & voluntate Parentum peregrinationem subjunxit, & celebriores Germaniæ urbes, easque cum primis, quæ scholis regiis claræ sunt, ita perlustravit, ut ex variis diversorum locorum ac Nationum moribus, ut & distinctis Rerumpubl. formis ea studiose annotaret, quæ sibi & Patriæ usui aliquando fore, judicabat.

A. 1597. cum 24 tum ageret annum, domum a suis revocatus & paulo post eodem adhuc anno d. 13 Aug. in numerum extraordinariorum Professorum juris hujus Academiæ patriæ cooptatus est. v. Annal. acad. c. l. p. 327. (*) Quam spartam, ut majori auctoritate ornaret, supremos in utroque jure honores in Academia Wittebergenii suscepit.

De hinc anno 1599. animum ad matrimonium adjecit, jure que connubii secum junxit MARIAM WESPHALIAM, Doct. HERMANNI WESTPHALI, Directoris judici Wolgastani (**) & MARGARETHÆ CLINCOVIAE filiam. vid. MICH. GERSCHOV. c. l.

A. 1600. d. 15 Febr. cum illustriss. Principis JOH. FRIDERICI. d. 9 Februarii pie defuncti, corpus Sedini magna cum solennitate humaretur, & eodem die Academia cum Senatu urbano parentalia celebraret, noster AUGUST. RHAU, loco Patris BALTHASARIS, orationem publice recitavit. v. Annal. acad. ad b. a.

A. 1603. d. 19. Nov. in Rectorem Academiæ electus; v. Annal. acad. ad b. a. MICH. GERSCHOV. c. l. A. 1604. ad priores dignitates & munia hoc etiam accessit, quod ab illustriss. & cel- fissa

(*) Quæ lites hoc tempore eaque occasione, qua AUGUST. RHAU ædes ad Facultatem juridicam olim pertinentes & a Facultate Philosophica per aliquod tempus possessas repetierit, exortæ fuerint, videre licet ex supra allegata historica relatione, quam nuper in publicum emisi, von denen Academisches Gebäuden, pag. 24.

(**) Cujus vitam supra Num. XIX. descripsimus.

sissima Vidua Loitzenſi ad confilia ſecretiora adhibitus fuerit. A. 1608. d. 18 Nov. ſub ejus Decanatu & Praefidio Joh. JEGERUS, Rostochiensis, publicam ventilavit Disput. inaug. in Hypereo Cu-riæ Civitatis, & die 22. (*) ipſo Brabeuta ſolennis peragebatur creatio hujus Candidati in Doctorem juris. v. Annal. acad. L. II. ad b. a. GERSCHOV. c. l. A. 1611. d. 13 Oct. denuo Rectoratus mu-nus ipſi delatum eſt. v. Annal. acad. L. III. p. 60. & GERSCHOV. c. l. & seq. ac d. 14 Oct. ſedulo id urgentibus Collegis, Magiftra-tum academicum in ſua persona prorogari paſſus eſt. v. Annal. acad. c. l. pag. 64. A. 1614. denuo inauguralem Disputationem habuit & Dn. JACOBUM HASERTUM in Doctorem juris promo-vit. v. Annal. c. l. p. 75. A. 1619. a Duce PHILIPPO JULIO ab Aca-demia avocabatur & Consiliariis, caſtrum ducale perpetuo con-comitantibus, clementi vocatione affociebatur. (**) Huic vero gravifimo muneri & mundo valedixit. a. 1621. (***)

Ex conjugे ſua fuſcepit 9 liberos, utpote 6 filios & 3 filias, inter quas Agniſam, quæ in teneri ætate annum, & quod excedit, ſuperatam a. 1621. d. 6 Martii ante ſe in æternitatem dimiſit. (†) Ex illis vero præ cæteris inclaruit BALTHASAR RHAU Prof. Phi-los. deuide Theol. Licent. & Professor nec non Pastor Ecclesiæ Marianæ hic Gryphiswaldii. (††)

Jo.

b 3

(*) Quo ipſo tempore Gryphiswaldenses militari modo & magno numero erumpentes captivum homicidam, quam Capitaheus Hildensis ante in Principis territorio a Senatu captum ex Praefectura portus Civitatis vi in Monasterium abduci curaverunt, iterum inde abduxerunt, & deinde neci adjudicatum, decollarant. Quæ res maximas inter Principem & Civitatem dedit; unde etiam ad univerſitatem haud parum incommodi redundavit; referentibus ita Annal. acad. c. l.

(**) Hoc inde colligitur, quoniam ab hoc tempore ejus in Annalibus acad. nulla fit mentio; & in allegato Programmate funebri, quod matri ejus a. 1722. scriptum, dicitur: *eum per annos aliquot legitime in Aulam Wol-gaſtanam vocatum Confiliarium Principi illuſtriffimo intimum; Reipubli-ca Pomeranorum exoptatissimum, ſalutarem forte, ubi ſupervixiſſet.*

(***) Programma funebre in obitum ejus conſcriptis BARTH. KRAKEVI-TZIUS, Gen. Superint. Carmina funebria in forma 4. prodiere.

(†) Programma funebre compilavit Barth, Krakewitz, publ. d. 19 Martii 1621. & typis publ. fol. forma pat. impressum exſtat. Carmina lugubria amicorum in 4. edita; proſtant quoque alia ejusd, generis in folio unius placellæ, quibus pag. ultima adjecta deprebenditur *Tabula Genealogica Familiae Rhauianæ.*

(††) Vitam ejus recenſet WITTE in *Memoriis Theol.* & JÖCHER in *Lex. Erud.*

Jo. HEUNIUS c. I. sequens nostro cecinit Epicedium.

Tu, lumen Themidos splendens, pars digna Lycei

Subriperis nostris quam cito consiliis.

SCR IPT A,

quæ mihi innotuere & a me possidentur, sunt sequ.

I.) Disp. inaug. de Homicidio. quæ est Inaug. JOH. JEGERT,
Gryph. 1608.

II.) - inaug. ad L. 2. C. de Rescind. Vend. Resp. JACOBO HA-
SERD, Gryph. 1614.

Propero jam ad recensionem vitæ ipsius CANDIDATI, ex
forore mea germana nepotis mei dilectissimi, inveniet hic in vi-
tis tantorum virorum, facem ipsi in tramite virtutis ac studiorum
præferentium, quæ sectetur & in usus suos convertat, abunde.
Nec quoque spes me destituit, fore ut per eosdem gradus virtutis
honoris fastigium sit ascensurus. Novimus eundem omnes, no-
vimus erectam ejus & ad virtutem compositam indolem, novi-
mus mores atque eruditionem ejus, cujus non una vice edidit
specimina publica priyataque. Nec opus esse censeo hic præco-
nem virtutum ejus agere, cum res ipsa loquitur; Tu ipse, B. L.
asserti æquus esto judex. En vitæ ipsius curriculum, quod, uti ipse
illud concepit mihique exhibuit, tecum communicaturus sum:

Lucem primum adspexi hic Gryphiswaldia anno hujus faculti vigesi-
mo secundo. Patrem JOHANNEM ABRAHAMUM MAYERUM, Medi-
cinæ Doct. & Prof. Ord. in tenera mea ætate adverso fato mihi erep-
tum, Matrem vero BARBARAM CATHARINAM, b.Dn.D.JACOBI BALTHA-
SARIS, Consiliarii Reg. Meckl. filiam, ante annum & quod excurrit mor-
bo consumptam, Avum vero J. FR. MEYERUM, Gen. Superint. veneratus.

Per baptismum in gratiam divinam receptis, crescentibus annis cu-
rante Matre, dum in vivis esset dilectissima, primum privati præceptoris
institutioni tradebar, eum in finem, ut principiis nostræ pariter religionis,
ac literarum humaniorum erudirer, profectiore ætate autem, Senatoriam
hanc scholam adire iussus, in ea per aliquot annorum intervallum Viro-
rum, de Schola hac optime meritorum, institutione usus sum.

Anno currentis sæculi trigesimo nono, cum in album Studiosorum
Gryphiswaldensium a Rectore Magnif. Dn. CHRISTIANO STEPHANO
SCHEFFELIO, Med. Doct. & Prof. ord. in hac Academia longe cele-
berrimi

berrimo inscriptus esse, per sex integrōs annōs ab hoc tempore, inductione Virorum hanc Musarum sedem ornantium, & supra omnem meam laudem positorum, in studiis Philosophiae & Jurisprudentiae gavisus sum. Præprimis vero prælectionibus philosophicis S. Rever. Dn. Doct. & Prof. Theol. ord. LAURENTII STENTZLERI, t. t. Prof. Log. & Met. ord. ut & Excell. Dn. ANDREÆ MAYERI, Math. & Phil. Prof. ord. sedulo interfui, saepius etiam in adjunctis exercitiis disputatoriis partes opponentis aut respondentis sustinui. Jurisprudentiam romanam, ecclesiasticam, feudalem & criminalem, nec non jura Patriæ explicantes audivi supremi Sacræ Regiæ Majestatis Sueciæ in Germ. Tribunalis Perillustrem Vice-Præsidem Dn. H. H. ab ENGELBRECHT J. U. Doct. & t. t. Professorem ord. & R. Consistorii Assess. sub cuius ductu, nonnullas exercitationes ejus in Institutiones Justinian. ab ipso conscriptas, vel defendendo vel oppugnando, in arte disputandi exercitatus fui. Præterea in excolendo jure tam civili, quam patro totum me tradidi solidissimæ institutioni Generosiss. Dn. PRÆSIDIS, Avunculi mei, ea qua decet pietate colendi, nec minus Prænobiliss. Dn. J. B. ENGELBRECHTI, J. U. Doct. Facult. jurid. Adjuncti & Universitatis Syndici dexterimi, sub cuius etiam præsidio Diff. de *Mutuo conjugum concursu, ad solvendam aes alienum, ab alterutro ante iuptias conflatum.* ad Art. VII. Tit. V. L. I. Statuti Lubencensis, publice e Cathedra acad. defendi; saepenumero quoque rogatu respondentis disputationibus publicis opponendo vires pericitatus sum.

Anno currentis facili quadragesimo sexto Academiam *Hallensem* salutavi, per biennium ibidem cominoratus, ut tam Philosophia, quam Juris studia, eo magis excolerem; In illis præcuntem habui Excell. Dn. G. F. MEIERUM Philos. Prof. ord. nec non Excell. Dn. KRÜGERUM, Philos. ac Med. Prof. cuius lectionibus philosophicis ac Physicis sedulo interfui. In Medicina legali docente audivi Doct. & Prof. Chirurgia BASSEN; præterea in studio juris, quod primarium studiorum meorum scopum mihi constitueram, multum profeci ex Illustr. BOEHMERI, JCtū suo tempore Principis, prælectionibus in suum *Comp. J. Civilis ac Canon.* Excell. KNORRIUM Historiam juris & jurisp. judiciale, Excell. CARRAGGIUM artem relatoriam illustrantes audivi. Imprimis ob methodum, qua in proponendis juris veritatibus, utebantur Dn. DAN. NETTELEBEADT, Doct. & Prof. ord. Regis Bor. Conf. Aul. GUST. BERNH. ut & OTTO DAV. HENR. Fratrum BECKMANNORUM J. Doct. jam Professorum in Alma Göttingensi extraord. sedulo interfui scholis, illisque viam monstrantibus, non solum

Iolum Jurisp. naturalem, Jus Publ. J. R. G. sed omnes quoque reliquas ju-
risprudentiae positivae partes lustravi, quæque dubitatione quadam percep-
tam, per quotidiana, quæ humanissime ab illis mihi concessa erant collo-
quia familiaria, quibus, ultro citroque de veritatibus ab ipsis propositis di-
sputabatur, eruditus altius imbibere studii.

Anno quadragesimo nono in Patriam reversus, jussu & favu Cogna-
torum & Amicorum Ampliss. Facultati juridicæ ad capiscendos summos
in jure honores, more solito, nomen meum professus, gratiosissime ad ea
quæ Facultatis Statuta Candidato injungunt, præstanta admissus sum.
Quumque veniam ab Ampl. Facultate juridica, cui me pro hoc favoris do-
cumento obstrictissimum profiteor, nactus essem, hactenus Nobilissimis
ac suavissimis Dn. meis Commilitonibus, jurisp. naturalem & positivam ex-
pliando operari studiumque meum impendi: Restat adhuc, ut Disp. inaugu-
ralem, de *Lue pecorum* &c. cuius limites, natura disputationis, ipsum
Thema, & præsens mea conditio, constituant, publicæ disquisitioni sub-
mittam. Benignissimum autem Numen, ut his ulterioribusque meis conati-
bus faveat & exalto benedicat, summis & ardentissimis precibus imploro.

Ex hac ipsa recensione facile colligere licet, quam multis vi-
giliis multisque sudoribus Musarum castra fecutus fuerit Dn.
CANDIDATUS, qui tam discendo quam docendo vires ingenii sui
exercuit; jam in eo est, ut in publica Eruditorum Palæstra Athletam
se præstet, dissertationem non inutilem nec inelegantem de *Remis-
sione Mercedis in Locatione Prædiorum rusticorum, ob ingens dan-
num ex lue Pecorum Conductor i cortingens*, publice examini eru-
ditorum submissurus ejusque defensionem contra oppugnationes
suscepturus; quo actu finito & publice laborum ac studiorum præ-
mia ipsi conferenda erunt.

Cui solennitati, Musis ipsis faventibus, ut præsto sit **MAGNI-
FICUS ACADEMIÆ RECTOR**, *Generosissimus Dn. Director Di-
casterii Regij, utriusque Collegii Proceres Generos. Excellentissimi;*
nec non *Ampl. Senatus & Reverendi Ministerii Membra, & omnis
Studiojorum cohors*, suaque præsentia eandem solenniorem red-
dere velint, omni qua decet humanitate, contendeo.

P. P.

SUB SIGILLO FACULTATIS JURIDICÆ.

DIE XXVI. JUNII MDCL.

33. Matthaeus, pragm. cum Regn. das Români quay Christi.
34. Bulthaus, pragm. cum Regn. das Christi. Christi.
35. Treiber, de excommunicatione & interdictione, cum Sanc. Euangelio.
36. Treiber, de clausula cadiocitari.
37. Trefenreuter, de his qui heretici institui prohibentur.
38. Treuer, de superstitionis conditoribus et propagatori-
bus.
39. Treuer, lagomachia in iure naturali doctrine.
40. Treuer, de decoro gentium circa bellum initia.
41. Treuer, de autoritate et fidei gentium et reipubl.
Nam Condit das Willan und Rautae.
42. Tribbeckerius de commercio.
43. —————
44. Toler, de jure et apostolice civitatis Francofurtanae ad Niedrum.
45. Trier, de officio Ordinarii in academias.
46. Trappaneger, de potestate electorum et principium im-
perii circa ipsius nobilitatis facultatis suis confereadis.
47. Trappaneger, de date non promissa praestante.
48. Trappaneger, de momento temporis.
49. Heles, an fiduciocommissarius successor rerum fidei com-
missariarum dominus sit, propterea que rem ex venditi-
one aut permutatione rei, fidei commissari subjectam ac-
quisitam haec fuerit, a possessore intermedio gravata, poss-
situdum alienata nichilominus tanquam rem fidei com-
missari subjectam, a tertio possessore vindicare possit.

50. Helis; de jure separacionis in concuso Creditorum et utrum
hac ius in usatia superiori etiam post quinquennium locum
 habeat.

51. Helis; quoque parentibus licetum sit liberis suis hereditatem de-
 trahere et quid ad voluntatem parentum maxime non pati-
 nare probandam requiratur?

52. Helis; si quis nomen eorum sub condit. eni potest acceptit, an
et qualis actionem habet acceptans, aduersus cedentem pericula effun-
di: etc.

53. Helis; in quantum et quibus modis usor pro manitu valide se obliga-
re querit? et quid hoc in re cum primis in usatia superiori sit
iuris?

54. Helis; quoque superstes conjux, altera parte defuncta in hon-
oram supplicatione defendi, eaque ipsi compatrio querat?

55. Helis; ex fidei cum testio contractatis beneficio divisionis
gladient?

56. Hoffmann. De origine, progressu et natura jurisprudentiae
criminale. germanicae.

57. Hoffmann, de revocatione testamentorum ex juris germanici
principiis explicate.

58. Hoffmann de coemeteriis ex arbitris tollendis, non vnde Grußglocken
der Gotteshäuser sunt dan Niedern.

59. Hoffmann, de communione bonorum conjugalium non natu-
re atque principiis.

60. Hoffmann, de jure separandi alodium a fendo


61. Hoffmann, de donationibus propter nuptias.

62. Hoffmann, de jure confitacionis.

63. Hoffmann, de dei ac sancte nuptiali, non vnde Grußglocken
sunt dan Kirchenstädten.

64. Hoffmann, mystiarum perundarum tempora . in matrem
ynd man zyn madam Cyprianitae Lauen.

65. Hoffmann, observationes quaedam testamentariae.



the scale towards document

TIONIBUS PROPTER NUPTIAS.

35

rente lib. 6. de bell. Gall. c. 19. proditum: ritas pecunias ab uxoribus dotis nomine accessibus bonis, estimatione facta, cum dotibus communi pecuniae ratio conjunctim habetur, frumentorum vita superarit, ad eum pars utrius- periorum temporum pervenit. Si haec testi- ta sunt, si nimium exigimus ab aetate, qua entia aut latebant, aut negligebantur, mihi quod non vel ex sola nativa & domestica im jurium, quae in nuptiis observantur, morum illorum rationes non ex san- rum, sed patriis consuetudinibus esse pe- bant tot germanica nomina & verba, quae uniam pervenisse, aliquem somniare pos- debatur. Huc referenda MORGEN- ALITIUM, DONARIUM, GE- uis aliaque quae vel ex ipso sono originis facile deprehendi potuissent, nisi illo tem- i artificio fuisset habitum, Germanorum ntiæ romanæ inferre & in ea primam ge- faciem perdere. Haec in praesenti mate- nstrari possent, si liberum esset ad specia- & in diversam DOTIS GERMANI- ONUMQUE CONJUGALIUM uiare. Id vero nostrum jam non pati- spcientibus, quam vastus & difficilis hic uem paucis & angustis dissertationis aca- absolvere, non permittitur. Placuit in alla is acquiescere, & de eo tantum, quod uidentia DONATIONEM PRO- TIAS appellare solet, paucis dixisse.

F I N I S. **C O N-**